

quosdā peragitur. Ostium Euphratis. Lacus, quem faciunt Euleus & Tigris iuxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentē Alexandrum inuenerunt septimo mēse, postquā digressus ab ijs fuerat Patalis, tertio nauigationis. Sic Alexandri classis nauigauit. Postea à Syagro Arabiae p̄mōtorio Patalā fauonio, quē Hypalum ibi vocant, peti certissimum videbatur xiiij. xxxij. M. pass. aestimatione. Secuta etas propiorē cursum tutioremq; iudicauit, si ab eodē promontorio Zizerum annē portū Indiae peteret. Diuq; ita nauigatum est, donec cōpendia inuenit mercator, lucroq; India admota est. Quippe omnibus annis nauigatur, sagittariorū cohortibus impositis. Etenim pirata maxime infestabāt. Nec pigebit totū cursum ab Aegypto exponere, nunc primū certa notitia patescente. Dignares, nullo anno imperij nostri minus H-S quingēties ex hauriente India & merces remittente, quae apud nos centuplicato ueneāt. MM. passū ab Alexandria abest oppidum Iulio polis. Inde nauigant Nilo Coptū cccij. M. pass. qui cursus etesias flantibus peragitur xij. diebus. A Copto camelis itur, aquationū ratione mansiō nibus dispositis. Prima appellatur Hydreuma xxxij. M. Secūda in monte, diei itinere. Tertia in altero hydreumate à Copto xcv. M. Deinde in monte. Mox ad hydreuma Apollinis, à Copto clxxxiiij. M. pass. Rursus in monte. Mox ad nouum Hydreuma à Copto cccxxxij. M. pass. Est & aliud Hydreuma vetus, Troglodyticum nominatur, ubi praesidium excubat diuerticulo .ij. miliū. Distat à nouo Hydreumate iij. M. pass. Inde Berenice oppidum, ubi portus rubri maris, à Copto cclxiiij. M. pass. Sed quia maior pars itineris cōfici tur noctibus propter aestus, & statuiis dies absumuntur, totū à Copto Berenicen iter duodecimo die pagitur. Nauigare incipiūt aestate media ante canis ortū, aut ab exortu protinus. Veniuntque circiter xxx. die Ocelim Arabiae, aut Canā thuriferae regionis. Est & tertius portus, qui vocatur Muza, quē Indica nauigatio nō petit, nec nisi thuris odorūq; Arabicorū mercatores. Intus oppida, regia eius appellatur Saphar, aliudq; Sabe. Indos autē petētibus utilissimum est ab Oceli egredi. Inde vēto Hypalo nauigant diebus quadraginta ad primū emporiū Indiae Muzirim, non expectandum propter vicinos piratas, qui obtinēt locum nomine Hydras, neq; est abundans mercibus. Praeterea lōge à terra abest nauiū statio, lintribusq; efferuntur onera, quae gerūtur. Regnabat ibi cum proderem hac, Celebothras. Alius utilior portus gētis Necanidon, qui vocatur Becare. Ibi regnat Pādion, longe ab emporio mediterraneo distāte oppido, quod vocatur Modusa. Regio autē ex qua piper monoxyli lintribus Becaren conuehunt, vocatur Cottona: quae omnia gentium portuumque aut oppidorū nomina apud neminē priorum inueniuntur. Quo apparet mutari locorū status. Ex India renauigant mense Aegypto Tybi incipiēte, nostro Decembri: aut utiq; Mechiris Aegyptij intra diem sextum, quod fit intra Idus Ianuariās no-

stras. Ita euenit, ut eodem anno remeent. Nauigāt autem ex India vento vulturino: & cū intrare rubrū mare, africo vel austro. Nunc reuertemur ad propositum. Carmania oram patere duodecies centena l. M. pass. Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen Sabinc. M. passuum. Inde vineas coli & arua ad flumen Andanin, xxv. M. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniae Zetis & Alexandria. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod rubrū dixere nostri, Graeci Erythraū à rege Erythra, aut (ut alij) solis percussu talē reddi colorē existimantes: alij ab harena terraq; alij tali aq̄ ipsius natura.

Sinus Persicus & Arabicus. CAP. XXXIII.

Ed in duos diuiditur sinus. Is qui ab oriente est, Persicus appellatur xxv. M. pass. circuitū, ut Eratosthenes tradit. Ex aduerso ē Arabia, cuius xij. M. pass. est longitudo. Rursus altero ambitu sinu Arabico nominato: oceanū qui influit, Azaniū appellant. Persicum introitum v. M. pass. latitudinis, alij iij. fecerunt. Ab eo ad intimum sinum recto cursu xi. xxxv. M. propemodum constat esse, & situm eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atq; illinc Babylonem ab Euphratis paludibus, scripserunt xxv. M. passuum esse. In Carmania angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. A flumine Arbi promontorium ipsum inhabitant, praeter capita toto corpore hirti, corijsq; piscium vestiti.

Cascandrus infula, Parthorū regna. CAP. XXXV.

Ab horū tractu Indiā versus Cascandrus desertā infula in oceano l. M. pass. traditur: iuxtaq; eā freto interfluēte Stoidis, quaestuosā margaritis. A promontorio Carmanis iungitur Armozei. Quidā interponūt Arbios ccccij. M. pass. toto litore. Ibi portus Macedonū, et ara Alexandri in promontorio. Amnes Saganos, dein Daras & Salfos. Ab eo promontoriū Themistias, infula Aphrodisias habitatur. Inde Persidis initiū ad flumen Oroatin, quo diuiditur ab Elymaide. Cōtra Persidē infula, Philos, Cascandra, Aratia cū mōte praecalto Neptuno sacra. Ipsa Persis aduersus occasū sita obtinet littora d. l. M. passuum, etiam in luxum diues, in Parthorū iam pridem translata nomen. Horum de imperio nunc paucis. Regna Parthorū duo deuginti sunt omnia, ita enim diuidūt provincias circa duo (ut diximus) maria, rubrū à meridie, Hyrcanum à septentrione. Ex ijs vndecim, quae superiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniae, Caspijsq; littoribus: p̄tinēt ad Scythas, cū quibus ex aequo degūt. Reliqua septē regna inferiora appellatur. Quod ad Parthos attinet, semper fuit Parthia in radicibus montiū sepius dictorū, qui omnes eas gētes praetexūt. Habet ab ortu Arios, à meridie Carmaniae & Arianos, ab occasu Pratitas, Medos, à septentrione Hyrcanos, vndiq; desertis cincta. Vltiores Parthi Nomades appellantur: citra deserta, ab occasu vrbes eorum, quas diximus, Issatis & Calliope: ab oriente

f iij aestiuo